



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Constantia. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

ut vulgò nosci, & quondam inter heroes memorari posset. Verum iuueni ad ingentia nitenti, materies laudis, quæ adhuc defuerat, haud multò post, vberim suppeditauit.

7 Nam ANNO CHRISTI CIO IO. XXI. vbi percrebuit, Gallos in armis esse, arcemque Pompelone iam obsidionibus premere; quam operibus olim machinisque verberaturi putabantur: IGNATIVS eius tuendæ negotium accepit. 8 Vbi ceteris rei difficultate perterritis, & quòd auxilia nusquam sperabant, de præsidio deducendo paciscentibus; solus nimirum intercessit: mutatoque omnes consilio, ad mortem appetendam prius, quàm flagitium consciscerent, induxit. Ità decus retentæ tunc munitionis, penes IGNATIVM fuit. Sed per illos for-



tè dies pertinaciùs Galli agere, & ferro telorum imbre in arcem effuso, maioriq̃ue ballistâ institerunt præsidium quater: quo tandem impetu, muri labantis fragmen conuellitur. 9 Ea moles **IGNATIO** propter assistenti, & egregiè dimicanti, in leuam crus incubuit: quæ vt tibiam modicè læsit, ita globus ipse in dexteram illatus, eam verò miserrimè habitam vltimè affecit. Collabatur proinde **IGNATIVS**. Hunc vt afflictû videre ceteri; animo quisq; confestim deficiuntur: ac, prostrato vno, omnes nullâ morâ sese arcemq; hosti dedunt. 10 Loco in potestatem adducto, **IGNATIVM** Galli, præ, quàm ab hoste speres, clementer acceptum, in sua primum contubernia deferunt: tum interim cognito viri genere, impensè laborant, vt ægritudine leuetur: demum succollan-